

ria magis de
fa aut minus
densa est. Et
nota de co 0
de stellis.

autem stellarum sequuntur mixtionem lucis cum opaco. & hac mixtionem altera. & altera existente stellarum color diversus est. ut Mars rubicundus. & Venus argentea. non autem qualitatum primarum refractiones hi colores consequuntur. ideo simplices nominari possunt. Caelum igitur a contrariis alterantibus exemptum est. ideo Auerrois. 9. metaph. comment. 17. iste qualitates que possunt esse. & non esse in corporibus celestibus sunt alie ab eis que attribuntur alterationi ut obscuritas lunc. & illuminatio. & similia. Caelum etiam consequenter non est argumentabile. neque diminubile. sed sub argumentatione & diminutione rarfactionem & condensationem comprehendendo. si erum cælum maximum rarefieret. dum eius interior superficies quiescit. tunc nisi pars illius condensaretur oporteret extra cælum esse vacuum. patet consequentia. quia intraret corpus celeste ubi nullum corpus presuisset. ¶ Negatiua sensibile est cælum. neque etiam fangibile. ut testatur Auer. 9. meta. comment. 17. quia hæc sine alteratione fieri non possunt. Est igitur cælum actiuum tantum. quia actiuum est. & non passiuum. ut. 2. cæli. comment. 42. dixit Auer. ¶ Tunc rationibus ex natura materie procedentibus. alias rationes ex natura forme sumptas aggrediamur. Prima. omne continuum habens materiam in potentia partem sui habet formam educiam de potentia materie. sed cælum non habet formam educiam etc. patet maior. quia non dabilis est materia in potentia sine forma educia de potentia illius. impossibile enim est formam separari a materia secundum esse. S. met. com. 3. & 2. phy. comment. 12. & 1. phy. com. 67. prima materia non potest denudari a forma. ideo. 2. de generatione Ari. tex. com. 6. materiam dixit non separabilem. sed semper cum contrarietate. minor patet. quia omnis forma educia de potentia materie est producta per generationem. sed cælum esse determinatis a Philosopho nedum non est generabile. sed productum non est. ¶ Tum quia si sic. cælum haberet principium intrinsecum actiuum aliud ab intelligentia. quia est forma. que est principium essendi substantia alicui: est eidem principium operandi. quam igitur operationem faceret hæc forma si non moueret? ¶ Tum quia omnis forma educia de potentia materie inclinatur ad motum rectum vel circularem non pure. sed cælum non sic inclinatur. quia si sic. esset graue aut leue. ¶ Tum quia omnis forma educia etc. est diuisibilis. quia in maiori quanto est maior uirtus. S. physico. comment. 81. & est fundamentum super quo firmatur Aristot. 4. metho. textu com. 13. & alibi quia forma diuisibilis diuiditur secundum totum & partem. ut patet in libro de substantia orb. cap. 1. & 3. ¶ Præterea. sequitur cælos sub genere uniuoco cum istis inferioribus contineri. consequens ostendit esse falsum. Auerrois. 2. cæli. com. 49. patet consequentia. quia principium intrinsecum & essentialiter in illis est eiusdem rationis. puta materia prima. quare concludendum est cælum non habere materiam. quem admodum demonstratiue concludit Auerrois. 3. cæli. cõmento. 25. quia cælum non habet contrarium. ¶ Tum quia periret demonstratio Auerrois. 3. cæli. comment. 45. ad ostendendum in celo non esse casum. quia in celo non est materia. Tum quia periret demonstratio Auerrois. 1. cæli. com. 22. ad ostendendum cælum non esse alterabile quia caret materia. que oia intelligitur in hoc sensu. cælum non habet materiam que est in potentia ad formam substantiam. & consequenter ad formam accidentalem in esse reali. neque enim cælum est proprie in potentia ad motum. quia actum mouetur. neque ad terminum motus. quia quod non est in actu non proprie terminatur. sed omne mutatum esse motus cæli est in potentia. quia motum continuatur etc. Dixit in Auer. 9. met. com. 17. sed illud quod inuenitur ex eis potetia

ante actum. est sicut singula partes illarum transmutationum. ¶ Secundum autem dictum. scilicet in celo esse materiam in actu. arguitur primo ratione accidentium in celo repletorum primo quantitas cæli requirit materiam pro subiecto. sed non materiam in potentia. quia maxima dimensio. quam recipit materia prima. est dimensio ignis. deinde aeris. ut ponit Auer. 2. de anima. comment. 97. non enim est dicendum quantitatem cæli esse substantiam. accidit autem Auer. 2. phy. com. 63. & alibi. neque ipsam esse accidentis carens subiecto. neque subiectari eam in intelligentia. sed in aliqua substantia quam uocauit Auer. materiam in actu. & tunc comode saluamus motum circulari. quem dixit Arist. S. phy. tex. comment. 75. perfectiorem recto. subiectum perfectius correpondere. siue comparare motum recto subiectum simplex recto subiecto siue compositum compositum. ¶ Confirmatur ex natura motus æterni quæ in subiecto in potentia ad substantialem formam recipi non potest. quoniam ob generalitatem aut corruptibilitatem subiecti æternus motus interrumperetur. non enim forma materialis infinito tempore operatur in libro de substantia orbis. cap. 1. neque in. a. subiecto corruptibili forma abstracta æterne operari potest localiter mouendo. b. motu. ¶ Secundo ex parte forme omni forme materie subiecti oportet. sed intelligentia est forma ut patet infra. ergo intelligentia materie subiecti oportet. sed non materia in potentia. quia tunc intelligẽtia esset aliquo modo materialis. et sic non esset abstracta simpliciter. materia igitur in actu informat. ¶ Tertio ex parte compositi ois compositi incorruptibilis principium materiale est incorruptibile. sed aial celeste est compositum incorruptibile. ergo illius intrinsecum principium materiale est incorruptibile. sed materia in potentia aliquo modo corruptibilis est. 1. phy. tex. com. 82. non autem materia in actu nisi forte quantum ad ubi. hoc uoluit Philosophus. 1. metho. dicens quàm nulli eorum que sunt apud nos idem existens. sic q. cæleste corpus differt ab inferioribus in materia et in forma. hoc idẽ uoluit Auer. 2. physico. com. primo. 2. cæli. com. 5. & superius alibi ponens principia corporum celestium & subliarum esse dicta secundum prius & posterius immo æquiuoce. 2. met. com. ult. æquiuocatione tamen analogiam cõpatiente. ut igitur æterni & corruptibilis non idem sit principium intrinsecum ut uoluit Auer. in libro de substantia orbis cap. 1. secundum dicta Arist. 1. meta. sic arguentis idẽ sunt æternæ. et istæ res sunt generabiles. ergo ille non sunt causa istorum. ne que secundum formas. neque secundum agentes. secundum q. rationem format Auer. ibi. com. 31. & ibi etiã com. 38. passua necessario cõponuntur ex passiuis. & Ari. oportet quod forte sensibilium sensibilia. sempiternorum. sempiterna. corruptibilium autẽ corruptibilia. esse principia. 3. cæli. text. com. 61. non ponimus in celo materiam in potentia. sed materia in actu. alia enim aliorum sunt principia primo de anima tex. com. 5. scilicet intrinseca & propinqua. ad propositum dixit Auer. 1. meta. com. 22. cælum habet naturam sibi propriam aliam ab ea que est generabilium & corruptibilium quoniam semper est cælum in presenti præterito et futuro: esse omnia generabilia sunt corruptibilia. ¶ Ad probandum autem secundum dictum principale arguitur aliqui per Arist. 2. meta. tex. com. 12. in omni quod mouetur necesse est intelligere materiam. sed cælum mouetur etc. ¶ Secundo omnia sensibilia habent materiam. dixit enim Aristot. sensibile oẽ in materia existit. 1. cæli. tex. cõ. 92. & 8. met. tex. cõ. 3. sensibiles substantiæ oĩa materiam habent. & 2. de generatione. tex. com. 6. nos autem dicimus non aliquid esse materiam unam corporum sensibilibum. et ibi tex. com. 3. impossibile est sine contrarietate esse hoc corpus sensibile. non est autem contrarietas sine materia. & implicet. 3. cæli. textu comment.